

eundem dominum ¹⁾ Wigboldum fuit ²⁾ in reginam Romanorum
solemniter coronata. Porro ipse dominus ³⁾ Wigboldus, utpote vir
senex atque grandævus plus quidem consiliis ⁴⁾ aptus quam armis
exercitatus prudentia et consilio ecclesiam regere satagebat; unde
in suo principio rives ⁵⁾ Colonienses ab interdito, ⁶⁾ quod ipsi diu susti-
nuerant, suo interventu fuerunt absoluti. ⁷⁾ Preterea ⁸⁾ hostiles et poten-
tes patrie sibi vicinos undique donativis et amicitias sibi concilia-
vit, ⁹⁾ sed quanto magis donavit, tanto plus sibi et ecclesie sensit in-
festos. ¹⁰⁾ Quod dum ipse advertens prudenter intelligeret, convertens
potenter animum ad resistendum comitem de Marka, infestissi-
mum tunc temporis ecclesie ¹¹⁾ bello inimicum bello ¹²⁾ petiit et pro-
pter hoc cum armatorum militia in Lusato personaliter se recepit. ¹³⁾ Quo comperito dictus comes exercitum congregans copiosum archi-
episcopum ad conflictum sepius provocavit. Archiepiscopus vero
caute utpote in rebus periculosis et fortune casibus expositis lo-
cum pugne non darke sed caute potius dissimulante, dum ipse
comes propter expensarum penuriam exercitum, quem iam sepius
adunaverat, non posset diucius sustinere, et auxiliarii ¹⁴⁾ qui ad
ipsum confluerant, ¹⁵⁾ necessariis copiis ¹⁶⁾ exhaustis ¹⁷⁾ ab ipso co-
mite ad propria defluerent, ipse archiepiscopus iam tempus
aptum notus ¹⁸⁾ terram comitis cum suo exercitu potenter inva-
dens igne et ferro cuncta per circuitum depopulat atque vastat ¹⁹⁾
ipso comite sibi resistere non valente; et, sicut fertur, si ipse
archiepiscopus morte preventus non fuisset, dictum comitem
ad deditionem ²⁰⁾ ultimam compulisset. Tandem, sicut deo placuit,
in expeditione huiusmodi ²¹⁾ bellica languore correptus compulsus
est reverti in Lusatum, ubi decumbens diu in infirmitate ²²⁾
+ add. 7: per quam rem sibi multos ad favorem sui ipsius attraxit. Et illa rela-
tio publicata et adducta a. d. 1299 in festo annunt. virg. Marie.

1) dominum deest 3. 1) fuit deest 4. 4. 4. 4. 2) dictus 4. 4. 4. 4. 3) consiliis 1. 4) Propterea 1.
5) consiliavit 2. 3. 4) infestus 3. infestus sensit 1. 12) ecc. infest. tunc temp. 4. 4. 4. 4. a) bellum 1.
bellis 3. b) auxiliarii 3. c) confluerunt 4. 4. 4. 4. d) copiosis 4. 4. 4. 4. e) exhausti 1. 2. 3. f) tractans 2.
g) devastat 4. 4. 4. 4. h) dedicationem 3. i) appulisset 4. 4. 4. 4. k) huiusmodi deest 3. l) dec. ubi infirm. 3.